Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



VI.

Cum apparuerit principes pastorum percipietis inmarcescibilem gloriae coronam; habebit horribilem aspectum cuctis;
Adventabit autem dies domini ut fur in qua caeli magno impetu transibunt; elementa autem calore solvent; cum haec igitur omnia dissolvenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conversationibus; et pietatibus; expectantes et festinantes in adventum diei dei per quam caeli ardentes solvuntur; elementa autem ignis ardore tabescent; habebit staturam cuppaulum nos autem desidentis angitur dicis; Mortificate membra vestra quae sunt super terram: fornicationem: immunditiam: libidinem: concupiscentiam malam: et avaritiam: quae est idolorum servitus;
habebit altitudinem cum permittit dicis; Ultra vestra abscondita est cum xpo in deo: Cum xpus apparuerit vita vestra tunc et vos apparebitis cum illo in gloria; habebit horribilem aspectum cum minatur dicis; In revelatione domini nostri ihu xpi de caelo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantes vindictam his qui non noverunt eum: et qui non obaudiunt evangelio domini nostri ihu xpi: qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie domini et a gloria virtutis eius; habebit staturam: cum nos amonet dicis; Videte ne quis alicui malum pro malo reddat: sed semper quod bonum est sectamini inuicem et in omnes;
habebit altitudinem: cum permittit dicis; Sicut monemur secundum